Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



medicum dicit qui miro medicandi genere uulnere causam. ꝑ ꝓpter iniquitates nr̄as & liuore eius sanati sumus. sanos aut̄ & iustos appellat eos qui ignorantes dei iustitiā & suā uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti qui ex lege p̄sumentes euangelicae gratiā nonq; ꝙ porro male habentes & peccatores uocat eos qui suae fiducialiter conscientiae deuicti nec ple gem iustificari posse uidentes xp̄i se gratiae paenitendo submittunt. Ubi simul ostendi tur qd̄ non in pristinis urgis p̄manentes ut pharisei & scribae murmurabant sed paeni tentiā agentes publicani uener̄ ad ih̄m & ip̄se quoq; ih̄s conuiuia peccatorum ut occasionem haberet docendi & spiritales inuitatoribus suis p̄beret cibos adire dignatus sit. De nicq; cum frequent̄ ꝓgere ad conuiuium describatur nihil refertur aliud. nisi quid ibi faceret quid doceret. ut & humilitas dn̄i eundo ad peccatores & potentia doctrinae eius in paenitentiam conuersa gone monstr̄etur.

Atilly dixer̄ ad eū quare discipuli iohannis ieiunant frequent̄ & obsecrationes faciunt similit̄ & pharisaeorum. tui aut̄ edunt & bibunt.

Matheus refert ipsos iohannis discipulos haec dixisse saluatori. Unde pat̄ & utrosq; & iunctos hac eum quaestione pulsasse ubi iohannis maxime reprehendi discipuli. non solū desuetudinem ieiunii uerum quia calumniabantur quem sciebant a magistro p̄dicatū & iungebantur pharisaeis quos abeo nouerant condemnatos. spiritaliter aut̄ discipuli iohannis & pharisaeorum ieiunant. xp̄i aut̄ edunt & bibunt quia siue operi quis legis seu uiae dominicae sequatur hominum siue ipsum & iam xp̄i p̄conium aure tantum p̄cipiat corporis spiritalib: abstinens bonis ieiuno corde tabescit. qui uero xp̄i membris fideli incorporatur amore non potest ieiunare quia carne ipsius epulatur & sanguine. Alter iohannes uinum & sicerum non bibit dn̄s cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit. qui alle abstinentia merita mag̃ & cui potentia nulla natura, Dn̄s aut̄ cui natura dederat supplebat delicta donare. Cur eos declinaret & quos abstinentibus posset reddere puriores. sed ieiunauit & xp̄s ne p̄ceptum declinaret. manducauit cum peccatoribus ut gratiam cerneret. agnoscere potestatem.

Quibus ipse ait nūquid potestis filios sponsi dum cū illis est sponsus facere ieiunare. uenient aut̄ dies cum ablatus fuerit ab illis sponsus tunc ieiunabunt in illis diebus.

Sponsus xp̄s. sponsa ecclesiae est. de hoc scō spiritaliq: conubio apostoli sunt creati. Unde benemarcus euangelista filios eius appellat nuptiarum. non tantum sponsi sed & iam sponse uolens intelligi q< ꝙ lauacri regenerationem in ius diuinae generationis adsumptus sunt. qui ieiunari aclugere non possunt. quā diu sponsum in thalamo uident. & ipsum sciunt esse cum sponsa. Quando uero ablatus fuerint nuptiae & passionis ac resurrectionis tempus aduenerit. tunc sponsi filii ieiunabunt. qd̄ aut̄